

1785

## P O L E M I C I.

1786

*Pro nouitatibus significo R. D. V. me hac hebdomada fuisse in schaffbusen, ibique comperisse &c.*

*Fol. LXVII. Deliberatorius tractatus super pacifico recessu usque ad futurum Concilium. Pleinius, quam supra fol. 49. Vide Coelest. suprac.*

*Fol. LXIX. Sententiae Lutheri et Melanchthonis, ut fol. 43. sed germanice.*

*Fol. LXXI. Fragmentum Articulatorum in Colloquio 20. Augusti ventilatorum de discrimine Ciborum, Ceremonijs et diebus festis. Item de Communionem sub utraque specie, Missis, Coniugatis Presbyteris et Monasterijs. Vide Coelest. p. 45. et seq.*

*Fol. LXXIII. Edictum Caroli V. ut supra fol. 53. sed germanice: Uns zweifelet nit yr seynt eyngedenck vnd tragent gutt wissenn wie sich vor jaren eyner mit namen Martin luther &c.*

*Fol. LXXIX. Compendium Confessionis protestantium principum Electoris aliorumque et eorum consortium, quam Caesarea M<sup>ti</sup>. tradiderunt. et subsequenter tractatus, quem cum eis habuerunt quidam a statibus imperij deputati, quantum et in quibus simul unanimes et conformes existunt. Incipit: Cum igitur Confessio fidei suae a quinque principibus &c. In ora citantur folia cum Confessionis, tum Tractatus.*

*Fol. XCII. Iohannis Elect. Sax. Georgii March. Brandeb. Ernesti Ducis Brunsv. Philippi Hassiae Landgr. et Wolfgangi Princ. Anhalt. Libellus supplex*

*ad Carolum V. pro retinendis Concionibus suis, porrectus 17. Jun. 1530. Incipit: Alledurchleuchtigister &c. Nach dem Euer Kay. Mt. uns gestern zu einem abschied gegeben &c. Extat latine Coelestini T. I. p. 86. sed male hodie pro heri.*

*Fol. CVI. Recessus seu Decretum a Carolo V. Augustae latum 1530. 22. Septembr. in causa Religionis. Incipit: Posteaquam Caes. Ma<sup>tas</sup>. Generalem dietam et Conuentum in octauum diem Aprilis &c. legiturque Coelestini T. III. p. 137. sed non ad verbum.*

*Fol. CX. Articuli jam allati foll. 4. et 67. sed germanice.*

*Fol. CXII. Epistola fol. 61. indicata ad Fabrum, sed iterum germanice.*

*Fol. CXIV. Exemplum germanicum recessus, quod habetur latinum fol. 106.*

*Fol. CXXX. Epitome germanica Confessionis Protestantium, quae fol. 79. latina legitur.*

*Fol. CXLVII. Propositiones Lutheri de Fide, de Verbo Dei, de S. Scriptura, de V. et N. T. subjuncto ubivis veterum Haereticorum et S. Scripturae sensu.*

*Nota: in hoc Codice varia ex recensitis Scriptis bis extare.*

CCCCCLIII.

*Codex chartaceus lat. germ. 97 Sec. XVI. Folior. 243. f. rursus continet Adversaria Iohannis Fabri*

1787

## CODICES

1788

*bri* in negotio Religionis, et quidem *fol. I.* habetur *Sermo* germanicus *de Adventu S. Spiritus*, dictus, ut ipse notat in margine, *Waldkirchii* in *Silva*, ut opinor, nigra *Dominica post Ascens.* 1529. qui *Sermo* non habetur in *Collectione* edita *Coloni.* 1537. f.

*Fol. VI.* *Civitatum Responsum*, cur *Decreto Spirensi* a. 1529. dato non adquiescant. Germanice hoc initio: *Als uns E. F. G. vnd Gnade am nbesten sambstag Romischer Key. Mt. vnfers allergnedigsten herrn beuelh angetzeigt &c.* Datum *Responsum* hoc, ut narrat *Coelestinus Hist. Comit. T. II. p. 192.* a. 1530. 7. *Julii*, subscriptaeque nobis *Civitates: Strasburg, Nurnberg, Costnitz, Vlm, Reutlingen, Heylpron, Memmingen, Lindaw, Kempten, Windsheim, Weissenburg, Yfni.*

*Fol. XI.* *Confessio fidei* nomine *IV. Ciuitatum Argentinae, Constantiae, Memmingae et Lindaviae* *Caesari* oblata hoc initio: *Iussit Sacrosancta Majestas Tua, Potentissime simul et Clementissime Caesar, ut ordines statusque Sacri Imperij &c.* Meminit *Scripti hujus Coelestinus T. IV. p. 93.* extatque impressum *Argent.* 1531. 4.

*Fol. XXVII.* Eadem vernacule hoc *Titulo: Der ubergeben Opinion der Stett Anno 1530.*

*Fol. LXXIII.* *Epistola Fabri* ad *Anonymum*, qua simul mittit *Sermones* a se ad *Moravos* habitos contra *Catabaptistas* (impressos

primus *Viennae* 1528. 4. Vide *Wiens Buchdruckergesch. p. 267.*) ad petitionem *Hier. Rorarii Nuntii Clementis VII.* ad *Ferdinandum Reg. Rom.* Clauditur: *In bis enim Comitibus ob religionem alioqui lapsam ita angor, et tam assidue crucior, ut vix quoque detur, quo per horam aliquando dormire queam. Quidquid enim usquam de Religione tractatur restituenda, per meas manus non sine meis maximis laboribus et impensis consulitur atque instituitur.*

*Fol. LXXIV.* *Fragmentum Responsi Theologorum Cath.* ad *Confessionem Augustanam*, quod incipit: *Inuidissime &c.* Quando superioribus diebus quaedam *Confessio de fide ac Religione nostra catholica coram Caesarea Majestate Vestra &c.* *Coelestinus* oblatum dicit *Caesari 13. Julii. T. II. p. 228.* Cur non editum, v. *Cochlaeum de Act. et Script. Luth.* p. 217.

*Fol. LXXX.* *Catalogus Librorum* unacum praedicto *Responso* *Caesari* exhibitorum. Extat apud *Coelest. loco suprac.*

*Fol. LXXXIV.* De *Lutheri Doctrina* et erroribus inde prognatis ad *Caesarem Libellus* imperfectus. Incipit: *Quando seruatoris nostri Jesu Christi testimonio arbor, bonane an mala sit, et fructibus cognoscenda uenit &c.*

*Fol. XCIII.* *Elenchus* inscriptus: *Herefes Martini Lutheri.* Multo vero prolixior *fol. XCIX.*

*Fol. CXIV.* *Summa tractatus ad concordandam fidei Causam instituti.*

1789

## P O L E M I C I.

1790

stituti. Ad quem peragendum ex utraque parte septem personæ deputatæ fuerunt. &c. Plenius hic, quam Cod. præced. fol. 34. et ita, ut habetur *Coelestini* T. III. p. 43.

Fol. CXXIV. Recensus inscriptus: *Monstra Sectarum ex Luthero Enata*. Enumerantur præcipue *Zwinglii* affectæ, *Catabaptistæ*, *Pneumatici*. Propositionibus illorum plerumque Affectoris nomen subiectum est.

Fol. CXXXIV. Affectum Exemplar *Confutationis* Scripti a IV. Civitatibus *Caesari* oblatis, cur *Decreto Spirensi* parere non possint. Initium: *Cum superioribus diebus Argentoracen. Nurnbergen. &c. Ciues ex Commissione Cas. Maiis. interrogati essent Causas &c.* Notat *Faber* in margine, *Confutationem* hanc oblatam non fuisse.

Fol. CXXXVII. *Responsio Catholicorum* ad *Confessionis Augustanae* Articulos a I. usque ad XXI. Alia a tribus, quae leguntur apud *Coelestinum* T. II. p. 234. T. III. p. 1. et p. 36. Incipit: *Ecclesiae apud nos magno consensu docent &c.* *Responsio. Recte hic sentiunt ad normam fidei et cum Romana conueniunt Ecclesia &c.*

Fol. CLXXV. Continuatur haec *Responsio* et deficit in *Art. IV. Abusuum* nempe de *Confessione*.

Fol. CC. *Hypercrisis* quaedam *Theologi Romani* cum *Responsio Catholicorum* ad *Confessionem Aug.* in quibusdam Arti-

culis minus contenti. Incipit: *In Articulis 2. 4. 5. et 6. non multum moveor. Quum in ipsis non videantur nostri aliquid fidei catholicae contrarium admisisse. Quamvis scholastice, iuxta uariarum Sententiarum opiniones, aliter et aliter potuissent in eis admissa dici.*

Fol. CCIX. Ostenditur ex *Libris Lutheri* et *Affectarum*, eos *Augustanae Confessionis* contraria docuisse, idque ordine *Articulorum* et germanice. Clausula est: *Ob nu dise vnd dergleichen vyl andre spruch vnnnd leere so in Luthers vnd seiner gesellen Buchern geschriben seyn. diser Bekantnus der Fürstenn gleichmessig sind, mag yederman woll selbs ermessen.*

Fol. CCXXIV. Elenchus *Affertionum* ex *Operibus Lutheri, Melanchthonis* et *Bugenbagii*.

Fol. CCXXVI. *Refutatio* germanica *Scripti* a IV. Civitatibus *Imperatori* oblatis contra *Decreto Spirensi*. Eadem, quae latina supra fol. CXXXIV.

Fol. CCXXVIII. *Catalogus Librorum* supra fol. LXXX. indicatus, sed hic germanica lingua.

Fol. CCXXX. *Responsio* ad *Protestantium Artic. de Missa* quotidiana seu privata.

Fol. CCXXXII. *Series Affertionum* e diversis *Lutheri Operibus* excerptarum.

Fol. demum CCXXXVIII. *Series* similis *Propositionum Zwinglii*.